

Ad Magnificum &

OMNI VIRTVTVM GENERE

ABSOLVTISSIMVM VIRVM D. D.

Georgium Gienger Cæsareæ Maiestatis secre-
torem Consiliarium & præfectum Lau-
reacensem, alummum & Mecœ-
natem suum ma-
ximum.

DIGNE vir ad coeli sublimia sidera tolli,
Nominibus maior fide patrone tuis:

Accipe faultrici missam tibi mente salutem,
Atq; per alternos condita verba pedes.

Non temerè mea Musa tuas nam fertur ad aures,
Quæ venit, illa tuo freta favore venit.

Mente tuas quoties memori considero laudes,
Et Mecœnatis gesta reuoluo mei.

Gaudia concipio, tacitis applaudoq; votis,
Lætitiæ possum nec statuuisse modum.

Gymnasia fueris GIENGERE quod huius alumnus,
Eq; meo vitam corpore natus agas.

Nam tua cum totum celebretur fama per orbem,
Pulset & Eoas occiduasq; plagas.

Quid ne mihi posset contingere gratius vnquam?
Te quàm de membris corporis esse mei.

Qui sis innata mihi cum pietate patronus,
Sæpe meis præstes rebus asylon opem.

Exhibeas gratam testantia signaq; mentem,
Quod benè de Studijs promeruisse velis.

Nec